



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

54. Tres globuli carnei B. Claræ de monte Falco.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Alter ut Elias (Divum flammescis ab igne)

Ad Triadem ignitis BRUNO vehere rotis.

(a) Nota Caput Sancti Laurentii, ut Corpori in Hispaniam quiescenti uniretur, maximis instantijs & presentationibus munificientissimis petatum; non est passa SSS. Trinitas a loco disto dimoveri, ut patet in Origin. Monasterij. (b) Vicetus modernus Abbas gerit in geniliis bigam, duabus rotis totidemque aliis instructam.

S Y M B O L U M 53.

Item ibidem tria Brachia, nimirum S. Andreæ Apostoli, S. Stephani Protomartyris, ac S. Benedicti Abbatis asserta.

UT quæ dein secura forent pia Claustra Patroni,
Addita sunt Divum Brachia terna virum.

A N D R E A E, S T E P H A N I Q U E manent defensa Lacertis,
Tuta novem sæclis stant **B E N E D I C T E**, Tuo.

Hoc Trias ostentum Triplex venerabile, thuris!
Gladbachi æternum sanxit honore coli.

Nota. Primam fundationem factam anno Christi 797. a Balderico quodam Comite ex Regni Francie Primoribus regio sanguine nato, & Hyttâ Uxore ejus, tempore Caroli Magni, quando etiam Basilica Aquisgranensis ab eodem fuit extorta & postea per Leonem ejus nominis primum Pontificem dedicata ita in Hisp: & Arch. D. Abbacie.

S Y M B O L U M 54.

Tres globuli carnei

**B. Claræ de Monte Falco in Italiam juxta Assiūm Ordinis
S. Augustini.**

TRes globulos, toti Trias ut claresceret orbi,
E clarâ Claræ carne Spoleta videt.
Quemlibet esse pari distinctum pondere constat,
Pondus idem bini, quod globus unus, habent.

V

Sive

Sive libret lanx una duos , seu ponderet unum.

Ponderis est paritas, tres tamen esse liquet.

N. Hi tres globuli carnei Spoleti visuntur , & quod mireris , si librae lanci duos impolueris , & alteri unum , nihil ad pondus adjicitur : tanti namque ponderis est unus , quanti duo , & tamen singuli sunt æquales. Boz. de sig. Eccl. l. 15. c. 3.

N. 2. Hæc Virgo fuit cœca cœnobij. Globuli sunt instar fructuum olivarum , fueruntque inventi in hepate ; in corde vero signum Crucis; eò quod in mysterio Crucis Christi & SSS. Trinitatis se multum ac valde devotè meditando exercuerit , & ad ejus clarum aspectum summè anhelaverit. Et Cost. in Dom. Trin.

SYMBOLUM 55.

Tres Coronæ S. Elisabeth.

S. Elisabeth cum tribus pingitur coronis , quod in tribus statibus pietatis laude celebris vixerit. Scilicet cœlibatu, conjugio , viduitate. Lipsius in D. Virg. Hallensi cap. 2.

Cur tua ter geminis sunt insignita corollis
Tempora; Pannoniae gentis Eliza decus ?
An quia virginei custos & amica pudoris ,
Candidat intactis prima corona thoris ?
Altera , dum jussis superaddita vincula tedis ;
Et viduæ : Trini munere texta Dei.

SYMBOLUM 56.

Triplex via ad Deum, quam monstravit S. Ignatius de Loyola.
scil. Purgativa , Illuminativa , Vnitiva.

SIgnavit Triadis flagrans Ignatius igne
Ter geminas , animus quæsis petat astra , vias.

Prima